

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioannis Ionstoni|| Theatrvm|| Vniversale Omnivm|| Animalivm||
Qvadrpedvm

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCLV.

VD18 90528808

Illustration: Tab. VIII. Onager Aldro: Wald Esel; Monoceros seu Unicornu
lubatus. Einhorn mit Mähnen; Monoceros seu Unicornu aliud Einhorn mit
Mähnen ein andr art

urn:nbn:de:gbv:45:1-10966

Onager Aldro: Wald Esel



Monoceros seu Unicornu lubatus
Einhorn mit Mähnen



Monoceros seu Unicornu aliud
Einhorn mit Mähnen ein andr art



Tab. VII.


Quadrup. Albig. Wild. Equi.



Quadrup. Albig. Wild. Equi.



Quadrup. Albig. Wild. Equi.



Tab. 2

Equus caballus
Friesianus



Equus caballus
Friesianus



Equus caballus
Friesianus



Cappadociam ab ea dividit, transire negant. Garamantes eos maxime venantur, si Luciano credimus. In Psara Aegaei maris insula, species habetur, quae alio translata non vivit. Apud Scythas non haberi, quidam volunt. At Strabo apud Maeotidis paludes incolas venationem eorum instituit, reliquit. *Aluntur* herbis, virentibus imprimis, in quas si inciderint, prae gaudio rudiunt, nec ab iis, etiam si infidiis se petij viderint, avelluntur. Unde forte Strozzae fegnes dicti. Oleribus maxime delectari, miraculum ab Hieronymo in vita Hilarionis ostendit. *Naturam et mores* quod concernit, Isidorus et Bartholomaeus Anglicus, aequinoctio verno, per singulas noctis et diei horas semel rugire, inde aequinoctium cognosciscunt: quod potius Cynocephalo competit. Homine conspecto in iisdem stare vestigiis, mox rudentes immotis anterioribus pedibus, posterioribus calcitrare, Scaliger prodidit. Ubi tam prope venator accessit, ut manu queat contingere, fuga se subtrahit. De eorum zelotypia ita Plinius et Solinus: In hoc genere singuli imperitant gregibus foeminarum. Aemulos libidinis suae metuunt. Inde est, quod gravidas suas servant, ut in editis maribus, si qua facultas fuerit, generandi spem morfu detruncent; quod caventes foeminae, in secessibus partus occultant, et furto parere gaudent. Sitis impatientes, ex facris literis colligimus. Nonnulli pro

mulorum procreatione, onagros prius mansuefactos eligunt. Mansuecit hoc animal facillime, nec cicuratum ad pristinam solitudinem redit. Carnem Onagrorum *Ujus* amaram Aelianus voluit; Galenus bono habitu praedictorum ac juvenum, cervinae et bubulae propinquam. Scaliger, dum calet, foetere; refrigeratam neque olere neque bene sapere. Plinius vero scribit, Maecenatem pullos asinorum epulari instituisse, multumque eo tempore fuisse onagris praelatos, post eum tamen, interiisse auctoritatem saporis. Medici *fella* super abscessuum vestigia utiliter illinunt, admiscuntque emplastris contra ignes sacros, si Avicennae credimus. *Adeps* cum oleo castano ad lumborum et renum flatulentiam commendatur. *Caro* dorsi cum oleis articulis dolentibus utiliter applicatur. *Urina*, teste Avicenna, calculum in vesica frangit. *Medulla* inuncta podagras curat, et dolorem extinguit. Fimus cum vitello ovi permixtus fronti illinitur, ut sanguis erumpens sistatur. Idem cum felle bubulo inunctus capillos crispat. Scaliger duo nobis *Genera* describere videtur, dum ait: In monte, qui Narfingae regnum dividit a Malabaris, multae ferae habitant. Alit idem onagros equi facie, colore cinereo, agiles adeo, ut capi haud facile queant. Africanis quoque ea est celeritas, ut cursu illi uni cedant ferae, quam Lant, vocant.

Scalig. Exerc. 206, f. 4.

Genera. Scalig. l. c.

CAPUT IV.

De Mulo, et Zebra Indica.

Nomen.

Muli nomen quatuor animalibus commune est. Mula enim non solum ex equa et asino, sed ex asina et equo, itemque onagro et equa, Columella prodente, generatur. Ex asina et tauro Gratianopoli in Gallia, sub nomine lumar, habentur. Qui ex equo et asina nascuntur, mares, *Hinnulos* et *binnos* secundum Plinium antiqui voca-

bant: contraque mulas, quos asini et equae generent. Varro tamen ex equa et mulis tales dici putat, si Nonio credimus. Forte sunt Martialis pumilii. Hinnus enim (verba sunt Varronis) ex equo et asina procreatus, minor est, quam mulus corpore, plerumque rubicundior, auribus ut equi, iubam et caudam similem asinis habet. Caeterum Muli

Varro R. l. 2. c. 8.

C 3

nomen,

Natura et Mores.

Plin. H. N. l. 8. c. 44.

Columella R. R. lib. 6. c. 36.

Plin. H. N. l. 8. c. 44.